

[V]ere ministros et subditos exhibent se fideles, qui ^{a)} compacientes ^{b)} suis dominis cum ipsis in adversitatibus conturbantur et eo, si ipsis dominis honor et profectus affluit, copiosius ^{c)} ipsis congratulantur leto animo et congaudent. Nos ergo vobis fideles exhibemus ^{d)}, domine reverende, in eo, [quod], dum littere ^{e)} vestre magestatis nobis directe nostris auribus essent recitate, nostra precordia ineffabili gaudio sunt repleta, quia audivimus, quod dominus Adolfus, [rex] Romanorum invictibilis ^{f)} se vobis ^{g)} exhibuit amicabilem, pacificum et concordem, quod cum magno gaudio et honore vos suscepit et in tantum de vestra gavisus [est] presencia, quod pro vobis plenarie exsolvit omnes sumptus, quas in itinere quam in hospiciis consumpsistis. Nos ergo duos palefridos ^{h)}, quos in Austria comparare [potuimus] meliores, vestre transmittimus honestati, quos predicto domino regi pro munere ⁱ⁾ dabit, ut amicitia et concordia per vos inchoata perennius solidetur secundum dictum Katonis in sua Ethica sic dicentis ^{k)}: *Hiis etenim ^{l)} rebus ¹⁾* et cetera.

XV (31, fol. 44^v)

Ein Unbekannter an Friedrich den Freidigen: lädt zu einer Zusammenkunft mit dem König ein.

Ende 1295.

[Q]ui suis maioribus ac superioribus temere se opponit, raro vel numquam victoria pocietur testante Vridanco in veris proverbiiis suis dicente: *Swer uberhapt viht ¹⁾ und in dem wasser drischt und der walchet ^{a)} auf den regenpogen, der wirt vil dike petrogen*. Hinc est, quod vestram reverenciam amicabiliter intendimus informare ^{b)} et hortari, quatenus non domini ^{c)} [nostri] imperio repugnetis, sed ad fines Austrie quantocius veniatis in opidum, in quo vestram presenciam alloqui ^{d)} valeamus, quia vos domino regi ac Romano imperio intendimus amicabiliter reformare ita, ut ex eo nobis honor totique terre et hominibus utilitas proveniat et profectus.

I, VIII,
XIX, XXIII

XIV. ^{a)} quod ^{b)} pacientes ^{c)} copiosus ^{d)} exhibimus ^{e)} rem ^{f)} invictibiliter ^{g)} nobis ^{h)} palefricos ⁱ⁾ muere ^{k)} dicente ^{l)} edim *mit Kürzungsstrich über m*

¹⁾ Cato, Dist. I, 35.

XV. ^{a)} weliht ^{b)} informari ^{c)} dni ^{d)} alioquin

¹⁾ *swer über houbet vihtet —, vgl. Grimm, Dt. Wörterbuch 11, 2, 302, A „überhaupt“. Das Sprichwort selbst ist bei Freidank nicht festzustellen, wohl aber eine ähnliche Stelle: „swer umbe dise kurze zit die ewigen fröude gît, der hat sich selber gar betrogen und zimbert uf den regenbogen“ (F.s Bescheidenheit 1, 10). Vgl. auch S. Singer, Sprichwörter des M.A. 2 (1946) 144, 156.*